Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36539
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Et iustum est equum et salutare nos
tibi semper et ubique gratias agere domine
sancte pater omnipotens eterne deus per xpm dominum
nostrum. Per quem maiestatem tuam lau
dant angeli adorant dominationes
tremunt potestates. Celi celorumque uir
tutes ac beata seraphyn sotia exulta
tione concelebrant. Cum quibus et
nostras uoces ut admitti iubeas depre
camur supplici confessione dicentes
Sanctus Sanctus Sanctus dominus deus sabaoth pleni
sunt celi et terra gloria tua osanna in excelsis.
Benedictus qui uenit in nomine domini osanna in excelsis.

Te igitur

clementissime pater per ihm xpm filium
tuum dominum nostrum supplices rogamus et pe
timus uti accepta habeas et benedicas
hec dona hec munera hec sancta sa
crifitia illibata. In primis que tibi
offerimus pro ecclesia tua sancta catholica quam
pacificare custodire adunare et rege
re digneris toto orbe terrarum una
cum famulo tuo papa nostro. et an
tistite nostro. et rege nostro. et nec non et
omnibus orthodoxis atque catholice et apli
ce fidei cultoribus. Memento S;
domine famulorum famularumque tuarum.
et omnium circumastantium quorum S;
tibi fides cognita est et nota deuo
tio. qui tibi offerunt hoc sacrifitium
laudis pro se suisque omnibus pro redemptio
ne animarum suarum. pro spe salutis et
incolomitatis sue tibi reddunt uo
ta sua eterno deo uiuo et uero.
Communicantes et memoriam ue
nerantes in primis gloriose semper uir
ginis marie genitricis dei et domini nostri
ihu xpi. S; et beatorum apostolorum ac
martyrum tuorum Petri. Pauli. An
dree. Jacobi. Johannis. home.
Jacobi. Philippi. Bartholomei. Ma
thei. Symonis et Thadei. Lini
Cleti Clementis. Sixti. Cornelii.
Cypriani. Laurentii. risogoni
Johannis et Pauli. Cosme et Da
miani. Et omnium sanctorum tuorum quorum
meritis precibusque concedas. ut in